

Martium Venere assimulantur.

I. Delphinus. u. Vultur volans. Cassum fit cætera Volgus;
Festus Avienus.

Hanc Sagittæ formam ex antiquo prototypo, verum rudi Minervâ manuscripto, & nostro maximè accommodatam proposito, desumpsimus; si cuiquã plum-bata tribolata videatur, non refragabimur, habebit testem Fla. Vegetium, & Stevvechium hujus commentatorem *lib. 4. c. 29.* qui tribolata, & mamillata, erudicam subnotans descriptionem, locum & auctorem quamvis incertum, allegat. Imagines Arati, & Hygini, Aquilam pedibus sagittâ tenentem exhibent; ratio indagari vix potuerit, nec in hoc doctiores perstringendi: errorem ex Germanico malè intellecto, profluxisse suspicor

Est etiam incertum, quo cornu missa sagitta.

Quam servat Jovis ales, &c.

Habet miracula nulla, nullas videlicet majoris magnitudinis stellas, ut Ovid. *II. Metam.* & Auctor carminis de Æthna.

Quo volet Orion, quo Sirius incubet ardens,

Et quæcunque jacent toto miracula cælo.

Nonis Jan. Ægypto, vesperi, Sagitta occidebat, Plin. *natur. hist. lib. 18. c. 26.* Nobis VI. Kal. Jan. emergit. VII. Id. Decemb. decedit.

TABVLA XVI. Lit. Q.

AQVILA,

Jovis ales, Vultur volans, Canymedis raptrix, Servans Antimonium, Græcis Αετός, Διὸς ὄρνις, Οἰωνῶν βασιλεύς Pindaro,